



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

X. Vt de decimis quatuor fiant portiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
CHRISTI hæc verba benedicat. **ORATIO.** Domine sancte
... pater omnipotens æterne Deus, benedicere digne-
ris hunc panem tua sancta & spirituali benedictio-
ne, ut sit omnibus salus mentis & corporis, atque
contra omnes morbos & vniuersas inimicorum in-
fidias tutamentum. Per Dominum nostrum Iesum
Christum filium tuum, panem vitæ, qui de cælo
descendit, & dat vitam ac salutem mundo, & te-
cum viuit & regnat, *&c.*

X.

Instruendi sunt presbyteri, pariterque admo-
nendi, quatenus nouerint decimas & oblatio-
nes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum & ho-
spitum & peregrinorum esse stipendia, & non
quasi suis, sed quasi commendatis vti. de qui-
bus omnibus sciant se rationem posituros in con-
spectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus & his
qui præmissi sunt administrauerint, damna passu-
ros. Qualiter vero dispensari debeant, Canones
sancti instituunt: scilicet ut quatuor partes inde-
fiant, vna ad fabricam ecclesiæ rereuandam, altera
pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum
suis clericis habenda, quarta episcopo reseruan-
da, ut quidquid exinde iusserit, prudenti confi-
lio fiat.

XI.

Episcopus quando ordinationem facere dispo-
nit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere
volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euo-
candi sunt ad ciuitatem, vna cum archipresbyte-
ris, qui eos præsentare debent. Et tunc episco-

Concil. Tom. 24.

Rrrr

Lib. 7.
cap. 290.
Iuo part. 3.
cap. 204.

Dist. 24.
Quando
episcopus.
Iuo part. 6.
cap. 21.